

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Tandem tandem iustitia obtinet. Emblema XXIIIX.


[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

pœnas luit, vt est apud Plutarch. De Ne-
mefi idem Plutarchus difputatione De ijs,
qui ferò corripifcitur à numine, multa etu-
ditè collegit, vt & Gyraldus Syntagm. 15.

Vide etiam Petrum Crinit. de hōnefta di-
fcip. lib. 19. cap. 6. Natal. Comit. Mytho-
log. lib. 9. cap. 19. Prouerb. *Adraftia Ne-
mefis.*

Tandem tandem iuftitia obtinet.

EMBLEMA XXIX.



Æ ACIDAE Hectoreo perfusum sanguine scutum,
Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit,
Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum
Naufragio, vt dominum posset adire suum:
Littoreo Aiæcis tumulo namque intulit vnda,
Quæ boat, & tali voce sepulchra ferit:
Vicisti Telamoniade tu dignior armis.
Affectus fas est cedere iustitia.

COM-

COMMENTARII.

I. **I**N litore maris visitur tumulus, affabri opere extructus, latera ferientibus maris undis, quibus clypeus innatat, & ad tumulum adnatar. Emblematis epigraphæ ex Hesiodo eruta est, lib. 1. Georg.

--- δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσθαι
E'ς τίλος ἰξελθῆσα. hoc est:
Iustitia verò emergit super iniuriam eadem prodians. Quæ verba non commodè interpretatus est Chiliadum autor in Prouerbio, *Malo accepto sapit stultus*, siue quod propter admodum componebat; siue quod fortè in exemplar incidit corruptū: Nam legit *ὕβριον*, pro *ὕβριος*.

II. **A**PPARET id sumprum esse ex duobus Epigrammatibus Græcis lib. 1. titulo *εις δίκην*: primumq; sic habet:

ἀσπίδ' ἀχιλλῆος τὴν ἔκτορος αἶμα πιῆσαν,
 λαρτιάδης δαναῶν εἴλε κακοκρίση.
 ναυγῆ δ' ἠθάλασσα κατίσασε, καὶ παρὰ τύμβον

αἶματος νηκτὴν ἄρμισεν. ἐκ Ἰθάκη.
Pelida clypeum non æquo cessit Vlyses iudicio, plenum sanguinis Hæctoris. Sed mare naufragio detraxit, nãq; natando Is tumulum Aiæcis, non Ithacam perijt. Clypeum, qui Hæctoris sanguinè biberat, Laertiades Græcorum obtinuit iniquo iudicio.

Naufrago [Vlyssi] autem mare detraxit, & ad tumulum

Aiæcis natantem deiecit, nō ad Ithacam: *Quem clypeum Laertiades à iudice Graiū, Hæctoreo sparsum sepe cruore, tulit; Naufragium passo mare ei abstulit, adq; sepulchrum*

Aiæcis: *populit fluctibus, haud Ithacam. Sanctius hoc modo vertebat: Hæctoreo clypeum Pelida sanguine tinctum iudicio Danaum falso habuit Ithacus. Per mare dissectus, diuisa puppe sepulchrū concussit Aiæcis, litorea non Ithaca.*

Quod autè sequitur, Alcivatus ipse expressit, sed mufà paulum fustore, addiditque postremò ἐπιμύδιον.

καλὰ ποσειδάων δικάσεν πολὺ μᾶλλον ἀθῆνης,
 καὶ κρίσιν ἰλλήνων συγερῆν ἀπίδαξε δάλασσα.
 ἀσπίς ἐν ἀργυροῖσι βοᾷ, καὶ σῆμα τινάσσει.

αὐτὸν ὁ ἰκαλίεσσα τὸν ἀξίον ἀσπίδιώτην.

ἔγρεο παῖ τελαμῶνος, ἔχεις σαῆκος ἀιακίδαο.

Minos sic vertit:
 Rectè Neptuneus iudicium tulit, meliùs quàm Minerua;

Et iudicium Græcorum odiosum [iniquum] ostendit mare.

Scutum in littoribus clamat, & monumentum agit,

Ipsum te vocans, [ὁ Αἶαξ] dignum scuto bellatorem:

Exurge ὁ fili Telamoniis, habes scutum Ἄεακίδαο.

Æquior est index Neptuneus Pallade longè, Et mare iudiciū Græcorum ostēdit iniquū.

Nam monumentum agit scutum, & te in littore clamat,

Vnum te appellat dignum, Αἶαξ ὁ bone, scuto:

Eia age dum Telamoniade, scutum excipè Achillis.

Versio Sanctij sic habet:
 Iudicio pulchro Neptuneus Pallada vicit, Arguit ἔχ Graium iustus suffragia Pontus.

Nam clypeus reboat Pelagi delatus ad undas:

Busta quatit, dominum potiorē voce salutans:

Eia age iam Telamon, clypeum iam cernis Achillis.

Historiam de armis Achillis multi aliter intelligunt, aut narrat, quàm oportet, nos ex Q. Calabri, qui Paralipomena scripsit ad Homericam Iliada, lib. 4. & 5. carptim eandem adducemus. Achille itaq; à Paride occiso, adijt Græcorum exercitum Thetis, Achillis mater, propositisq; præmiis eos inuitavit, vt certaminibus filii sui funus celebrarent. Porò certaminibus confectis Thetis Achillis arma in medium protulit, illi offerenda, qui in asferendo Achillis caduere maiorem in Troia nauasfer operam. Αἶαξ Telamoniis, & Vlyses sibi inuicem arma petunt. Constituuntur iudices aliquot ex captiuis Troianis, idq; cōsilio Nestoris, ne spe frustratus vel Αἶαξ, vel Vlyses Græcis exitium strueret. Quare Αἶαξ in rabiem & furorè actus in oues Græcorum læuit, existimans se Vlyssi, cæterisq; proceribus necem admoliri. Sed

Historia de armis Achillis.

postea saniori menti restitutus, pudore affectus ob ea, quæ patrauerat, sibi mortem conscivit. Troiani itaq; iudices Ai- cem armis spoliarunt, non Græci, quam- uis Ou dius aliter videatur sentire, lib. 13.

Aliter sentit Ovidius.

Metamorph. & Sophocles in Mastigophoro, cum inquit: Νῦν δὲ αὖτ' Ἀτρεΐδου φωνὴ πᾶντ' ἄρ' ὄρνυται ἑσπέρῃαν. id est: Nunc verò arma ipsa Atreida homini ver- sissimò tribuerunt. Illud tamen potest accipi velut ab irato homine dictum, qui temerè in principes Græcorum debaccha- tur, quasi ipsi sponte dederint, nò iudices. Hoc autem de iudicibus Troianis præter Calabrum asserit etiam Homerus lib. 11.

Odyss. in fine, vbi sic loquitur Vlyses: Οἷον δ' Αἰάντος ψυχὴν τελαμωνιάδεο, Νέσφιν ἀρεσὴν κεικεχλωρὴν ἠΐνεκα νίκης Τὴν μιν ἔγ' ἀνίκησα δικάζόμενος παρὰ νηυσὶ, Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλλῆος. ἔθνε δὲ πότ- νια κήτηρ. Πᾶδες δὲ Τρώων δίκασαο ἢ παλλὰς ἀθῆνῃ. id est:

Sola autem Ai acis anima Telamoniada seorsum stabat irata propter victoriam, Quia ipsum ego vici litigans apud naues, De armis Achillis: posuit autem veneran- da mater.

Filij autem Troianorum iudicauerunt & Pallas Minerva.

Pindarus etiam in Nemeis Ode 8. idem vi detur sentire, dū inquit: Κρυφαίαισι γὰρ ἐν λαφοῖς Ὀδυσῆν Δαναοὶ δερᾶπευσαν. id est: Occultis enim iudicijs Vlysem Danaï

Itè opinio eòmmunis.

præulerunt. Communior nihilominus ob- tinuit opinio, quod Achille fraudulentè à Paride interfecto, Ai ax Telamoniis filius, post eum fortissimus Græcorum extiterit, cum quia multa præclare gessit, tum etiã quia sibi sanguine iunctus, & frater patru- elis fuit, & eius corpus liberaasset; ideoq; jar- ma Achillis & scutum sibi dari à Græcis petiit. Sed Vlyses sua astutia & eloquen- tia iudicibus Græcis persuasit, vt sibi po- tius arma, tamquam magis merito darè- tur; quod & factum fuit. Ai ax verò impa- tiens repulse, præ iracundia, illataq; iniu- ria sibi met ensè proprio mortem intulit: quod elegantissimè describit Ouidius lib. 13. Metamorph. Sed quia hoc loco ppter hyperbaton confusa nonnihil syntaxis, ea sic est ordinanda: Neptunus iustior arri- puit scutum Æacida (persusum sanguine

Syntaxis.

Hectoreo, quod concio iniqua Græcorum de- dit Ithaco) iactū in aquora naufragio, &c.

ÆACIDÆ] Achilles, ab Æaco auo, Telamoniis & Pelei patre.

Hectoreo persusum sanguine scutum] Id dicit, propterea quòd Achilles Hectorem maximum Troianorum ducem interfecit. Cretenf. lib. 3. de bello Troiano, & Dares Phryg. de excidio Troiæ.

Ithaco] Vlyssi, ab Ithaca patria.

Concio iniqua dedit] Quòd scutum Vlyssi adiudicauit iniquus Græcorū con- fessus. Refertur vel ad suffragia & fauo- res, vel ad ipsos iudices, Agamemnonem & Menelaum, qui concionem aduocant, ad ferendum iudicium de armis Achillis: Fuit ergo vel iniquus confessus & iudiciū procerum; vel iniqua concio ipsius Vly- sis, quam repetè ex Ouidij Metamorph. 13. Triã enim significare Concio, notat ex Vertio Flacco Gellius lib. 18. c. 7. Locum, suggestumq; vnde verba fierent. Item ce- tum populi. Et orationem ipsam, quæ dice- retur ad populum.

Iustior Neptunus.] Aqua marina fuit æ- quior Ai acis, quæ scutum & arma illi abre- pra reddiderit. Tacitè videtur alludere ad id quod postea dicit, plus inesse piscibus marinis humanitatis & fidei, quàm homi- nibus. Seneca Declamat. 1. Controuersia- rum 7. O matia iustiora iudicijs, ò mitior- res procellæ patre? Sic Ouid. 1. Tristium, eleg. 4. vbi poeta suos labores cum Vlyssis laboribus comparat:

Cumq; minor Ioue sit tumidis qui regnat in vndis:

Illum Neptuni, me Iouis ira premit.

Idem 3. eiusdem operis elegia vndecima:

Neptuniq; minor quam Iouis ira fuit.

Apud eundem, Dido Æneæ:

Iustior est animo ventus, & vnda tuo.

In quibus ego comparationibus video Hy perbolen: & quidem mari nihil est impla- cabilius; In Epigrammate Græco sic com- paratio inter Neptunum & Palladem, sic: Καλὰ ποσειδάων δίκασεν πολὺ μᾶλλον Ἀθῆνῃς. hoc est:

Multò melius iudicauit Neptunus quàm Pallas.

Igitur expone, Neptunus iustior fuit Pal- lade & cæteris, hoc est, mare melius iudi- cavit quam sapienria. Porro Neptunus dicitur à nando, paulum primis literis unde di- immutatis, auctore Cicero lib. 2. de Na- tura

III

Concio.

Mare ius- tior ho- minibus.

Neptunus unde di- ctus.

tura Deorum.

Arripuit] Verbum celeritatis ad hominum eleuadam fidem, eamq; cum Neptuni, id est, maris equitate conferendam. Imò verò quodvis genus belluæ interdum mirius est hominibus, quam ipsi homines in suos.

In equora inctum] Proiectum in mare vi tempestatis, quæ Vlysem naufragum fecit.

Dominum suum.] Aiace[m], qui dominium quidem iure, post Achillem mortuum, animo retinerat; possessionem verò minime, quam Vlyses eloquentiæ viribus obtinuerat.

Ajax vnde sic dicitur.

Littoreo Aiaceis tumulo] De Aiaceis tumulo in littore sic alibi dicitur. Ajax autem, vt tradit Sophocles in Mæstigophoro, dictus est à particula, αἰ, αἰ, id est, Heu, heu. Verba Aiaceis hæc sunt apud Sophoclem: αἰ, αἰ, τίς ἄν ποτ' οἶσθ' ὠδὲ ἰπὸν ὑμῶν εὐνέειν ὄνομα τοῖς ἰπῶσι καὶ κῶσι hoc est: Heu, heu, quis vnquam putaret sic meum nomen meis malis allaturum cognomentum. Pindarus autem longè altam huius nominis affert rationem, conficta non illepidà fabella; cuius sensus carptim collectus ex Ode 5. Isthm. talis est: Telamonem Hercules belli socium adiunxit, quod in Laomedontem Troiæ regem parauerat. Capta Troia, occisoq; Laomedonte, Telamon pro concione Hercule[m] celebrant. Hercules verò cum sacra Ioui faceret, sic pro Telamone Ioui supplicauit: Iupiter pater, iam sæpe meas audiuisti preces; nunc te oro, pater, vt huic viro fortem prolem ex propria vxore tribuas, amicūque meum fortunatum reddas. Hæc vbi dixit, auium reginam aquilam magnam Iupiter è caelo demisit. Hæc tamquam vates aliquis oraculum promens dixit: Erit tibi filius, vt petis, Telamon, quem Aiace[m] vocabis ex viso alte, viribus præstantem, beliq; tudoribus cunctis populis admirandum. Vocat autem Pindarus hoc in loco αἰετὸν, aquilam; vnde αἰας dicitur.

Qua boar] Immutatur, & quasi mutum bouis edit, metaphora à bobus sumptam Boos, mugire significat, à verbo Græco βοῶν, quod est clamare: vnde rebo, & boatus.

Voco] κατά γρησικῶν, pro sonitu. Vicisti Græ] προσηγορίᾳ maris ad Aiace[m]; sic habet tara quadam iudicio-

rum, vt non obtineant nisi post eorū mortem, quorū fuit ius.

Telamoniade] Ajax Telamonis filii. Pater Aiaceis Telamon dictus est à loro, vnde scutum propendet: nam τελαμὸν cingulum latum, vnde pendet ensis aut scutum significat.

Affectus fas est, Græ.] ἐξήγησις & ἰπιμύδιον, ad quod illustrandum succurrit Æliam exemplum nobile ex lib. 13. var. hist. de Macareo quodam sacerdote Mitylenensi, sed quia liber est in omnium manibus, non adscribam. Affectus, inquam, fas est cedere iniustitiæ. hoc est, τὰ πάθη τῆς δικαιοσύνης. vt hic iustitiæ nomen accipitur etiam pro veritate, quæ perpetuam se iustitiæ comitem præstare debet. Alluditur autem, nisi fallor, ad oratorios affectus, qui sæpe veritatem rerum opprimunt, aut peruertunt, adeo nihil tam horridum, aut etiam terum, quod nõ splendescat oratione, & tanquam excolatur, vt olim dixit artis huius mirus artifex. Sed tamen ad iurisperitorum placitum reuocanda sunt omnia hominum iudicia, imò & consilia. Veritati opinionem præpollere; & plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur. Quod & Tullius 1. Offic. non minus generaliter videri dixisse: Efficendum est, vt appetitus rationi obediât, eamq; neque præcurrant.

Telamon vnde dicitur.

Orationis vis.

IV.

De occisi Achillis armis inter Aiace[m] & Vlysem coorta est nobilis illa, Poetisq; decantata controuersia: quæ sanè Aiacei cedere coactus esset astutus & vaser Vlyses, nisi sua eloquentia tanquam fascino aliquo iudices Græcos in suam sententiam pertraxisset. His tamen armis iniuria & dolo partis, non diu potitus est malæ fidei possessor. Retulit enim Pausanias, ea Vlysi naufragio ablata ad Aiaceis tumulum ad natale; sic enim in Articeis ille: Dicunt Salamini accolæ, florem in ea regione primum post mortem Aiacei esse visum; candidus, & purpureus nonnihil, lilio minor, & eante, & folijs. Litteræ in eo sunt, quales hyacinthis. Historiam iudicij, quod de armis institutum fuit, audiui ab Æolensibus, qui instauratum postea Ilium incoluerunt, qui que arma post Vlylis naufragium ad Aiaceis tumulum eiecta dixerunt: Olla gentium, quæ medici molas vocant, disco adolescentis pentathli fuisse paria ostenderunt. Id autem Deo volente factum

Locus Pausania.

3 colligit

Virtus
in
fr
n
i
tur,
non
est
vini-
tur.

colligit hic Emblemate graphus, ut alludat
 a) sub an m interorum & afflictorum
 co. q. d. itum, I. sit a verumq; laborat, sed
 tantem eluctatur: & quaquam prematur,
 non opprimatur tamen. Cicero pro Cluentio:
 Multorum improbitate depressa veritas
 emergit, & inno. etiq; defensio interclu-
 sa respicit. Et pro Caelio, exclamat, ma-
 gnam esse vim veritatis, quæ contra homi-
 num ingenia, calliditatem, solertiamq; cõ-
 traque fictas omnium insidias facile se per
 se ipsum defendat. Idem in Sextriana de-
 fensione: Alia quædam ciuem egregium
 iniqui iudicij procella peruerit, ceteri aut
 repentina vi percussit, ac tempestate popu-
 lari, per populum tamen ipsum recreati
 sunt atq; reuocati, aut omnino inuulnera-
 ti inuolaticque vixerunt. At verò qui sena-
 tus consilium, qui auctoritatem bonarum,
 qui instituta maiorum neglexerunt, & im-
 peritæ aut conicitatæ multitudini iucundi
 esse voluerunt, omnes ferè Reipublicæ pe-
 nas aut præsentis morte, aut turpi exilio
 pependunt. Per multis sanè exemplis
 cõfirmari potest plerosq; iudicium iniqui-
 tate, aut etiam populari rumore, vel alio
 modo dimittos, deq; honoris gratia de-
 cessisse, qui tan sem vita functi, certissimis
 coniecturis insõres, & ab omni obiecto cri-
 mine immunes deprehensi, concitatam de
 se opinionem non modo non absterferunt,
 sed immortali glori tandem donati sunt.
 Opportu id ergo à Lilio dictum est: *Veri-
 tatem laborare sape, extinguì nunquam.*
 Eten in quæ falsa sunt, vel nullo certè la-
 borante delinunt temporis aliquo tractu;
 vera aut in & iusta violentis hominum in-
 iurijs interdum cedant, sed tandem emer-
 gunt. Recte Menander:

Tempus
omnia a-
peris.

Εν παντί δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἰσχυρά-
 ται,
 εἰς τοὶ δίκαιος μνηστὴρ ἐκ ἰνδίκων
 κρατὲς τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβῶν.
 Tempore omni quod iustum est, vincere par est:
 Vixit vir iustus in finibus non iustis
 Præstat, Deo & iniuria adiuuantibus.
 Sententiam verò Alciati carminis cum
 hæc Menandri monosticho comparo:
 ἀγχι δὲ πρὸς οὐρανὸν τὴν ἀλήθειαν χρόνος.
 Tempus in lucem tandem veritatem trahit.
 Quamvis præclarorum hominum monu-
 menta sibi squaleant, eorum tamen virtus
 nullis vnquam sæculis obscurari omnino
 potest. Huc fortè non incommode illud
 Pindari, ex Ode 8, Olymp. κατακρύπτει

δὲ κόρες συζυγίων κεδνὰν χάριν. id est:
 Nec pulueris strus oculis congentiorum
 in elytra gæceta. Occurrit in Seneca Seneca
 cõditatis terrore ex epistola 79. ubi de
 virtute, quæ suos h. mores saumque pre-
 cium nõdõbermet, nisi apud posteros, disputa-
 tur: Quamdiu, inquit, videbatur fateri De-
 moer. tus? vix recepit Socratem fama.
 Quamdiu Caronem eruitas ignorauit, re-
 spuit nec intellexit, nisi cùm perdidit. Ru-
 tilius innocentia ac virtus lateret, nisi accep-
 sisset iniuriam. Dum violatur, effulsit.
 Num quid non sortis sue gratias egit, & ex-
 hium suum complexus est? de his loquor,
 quos illustrauit fortuna, dum vexat. Quam
 multorum profectus in nocitiam eudere
 post ipsos? quàm multos fama non exce-
 pit, sed eruit? nulla virtus lateret, & latius se
 non ipsius est damnum; veniet qui condi-
 tam & seculi sui malignitate compressam
 dies publicet: paucis natus est qui populũ
 ætatis suæ cogitat, multa annorum millia,
 multa populorum superuenient. Ad illa
 respice, etiam si omnibus tecum visibus,
 silentium huor induxerit, veniet qui sine
 offensa, sine gratia iu licent. Et hæc qui-
 dem Senecæ verba de veritate iniuria vel
 ignavia hominum quodam ocellu tempore,
 sed tandem tamen suum decus obtinen-
 te. De iustitia verò numinis certissima ini-
 tio lib. 1. in Rufinum Claudianus, quo lo-
 co, prouidentiam diuinam faretur ex eo
 quod tandem Rufinus secleris penas di-
 gnissimas tulisset. Cic. pro Sextio: Hunc
 ego reditum repudiarem? qui ita florens
 fuit, vt verear ne quis me studio glorie
 putet idcirco exisse, vt ita redirem. Vide
 Comment. Manutij fol. 339. b.

Viri ex-
cellentes
nullo in
honore
quamdiu
vixerint,
habiti.

Abstulit hunc tandem Rufini pena tumultũ,
 Absolutiq; deos iam non ad culmina rerum
 In iustos creuisse queror: tolluntur in altum,
 Vt lapsu grauiori ruant.
 Erigitur igitur vos, qui iniquorum violentia
 oppressi in squalore iacetis; nam etsi eue-
 niat veritatem suppressi, iniustum iusto
 præferri, tamen Deus veracissimus & æ-
 quisimus omnia temporis progressu, vel
 etiam post mortem vindicabit, redintegra-
 bit, & restituet: & (quod adagio dici solet)
 inspiciet, etiam ferò, pellem lupiter. Ideoq;
 etiam Deum laneos habere pedes veteres
 Ethnici crediderunt, vt qui certus vindex
 & vltor, licet admodum tardus, nobisque
 iam non sperantibus, iniusticia & iniq;ta-
 rum existat.